



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Sapientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**F**REQUENTISSIMUM est in Divinis literis poculum aut calicem pro capitali supplicio ponere, quod inter sanctiones suas Athenienses præcipue susceperunt. Iudicii enim capitalibus vel cicuta succum, vel venenum aliud fontibus propinabant, ut ex Socrate & aliis manifestum est. Et Psalm. 10. calix pro mortis cruciatu ponitur. Et in Evangelii eodem significato: *Calicem quem ego bibo vosne potestis bibere?* Et: *Pater scilicet potest, summo veatur à me calix iste.* Apertissime quoque eo versu Psalm. 74. *Quoniam calix in manu Domini vini meri mixtione plenus.* ubi de penarum dispensatione sermo est, ut Græci Theologi disputant: Dominus enim uno calice merum propinat, hoc est, amaritudinem suppliciorum. Amariora enim vino tum Catullo, tum aliis dicuntur, quæ meraciore sunt. Altero mistum, hoc est, aquam misericordie ad penarum temperamentum, quod subsequenter statim verba declarant: *Et effudit ex hoc in hoc, quamvis qui literam Hebraicam sequi se profitentur, longe aliter rem exposuerint.* Illud enim, *Calicem salutaris accipiam,* Euthymius ita interpretatur, ut dicat, *Quoniam tot & tam magna sunt beneficia que Dominus in me contulit, ut nullo possim modo parere illi gratiam referre, ita me comparabo, ut si usque veniat, animam propter amorem eius sim audacter effusus, quippe quo vis martyrii cruciatu emoriturus.* Hinc nulla tormentorum atrocitate terribus clamat heros Rotatus meus, quem tulibenter adeo legebas:

*Neme effuse cruor, neu me terrete minaces  
Mucrones, radique. Mox,  
Dum carnis erando, dum sanguinis imber inundat,*

Ita precabatur:

*-- Cape prima cruoris  
Libamenta pater, vivo hoc me flumine ab omni  
Labe, & ab incestu mortali per lue, ut inde  
Hostia pura tuas feriar maclandus ad aras.*

**C**Non igitur temere prius in tyrannum dixerat:

*Ut libet hos arsus lacera, suspende, truciada,  
Et meus est hac passus amor. & huiusmodi alia.*

Quamquam salutaris calicem & Chrylostomus, & plerique alii aliter acceperunt, quod brevitatis causa prætereo.

SAPIENTIA. CAP. XL.

**Q**UEM vero tripodem aureum Græci Apollini dedicarunt, ejusque capiti gestandum superimponere, sapientiæ hieroglyphicum esse nemo dubitavit, qui norit historiam super eo traditam: Tripodem aureum extra tum quippe tripodem aureum è mari, sapientissimo à judicatum Apollinis ipsius oraculo: cumque mortales ad Socratem munus id detulissent, quod ei deberi publico omnium judicio decretum esset, remisit is tripodem, & Apollini deberi, non cuiquam alteri, respondit.

DE CORNU COPIÆ CAP. XLII.

**R**eliqua sunt in Onyce tuo Cornua copiæ duo, de quorum significationibus disputare superfluum videtur, propterea quod nihil his vel universo vulgo notius: quia tamen antiquorum numerum commemoratio, quæ plurimum ad hoc negotium facit, non in jucunda futura est, hanc quoque partem nihil gravi tractare aggrediemur.

LIBERALISSIMA BENIGNITAS. CAP. XLIII.

**I**llud sane & antiquum, & maxime celebratum est, in liberalissima benignitatis & largitionis effusivissimæ signum Cornu copiæ figurari, quod tum in fluviorum, præsertim navigabilium, tum in aliorum numinum manibus, ubi larga significanda sit opulencia, spectatur. Multa vero passim in